

reliqui probant Bart. in l. exceptio, ff. de except. rei judic. idem Bart. in l. si quis rem, ff. eod. pro quo est egregius tex. in l. si superatus, ff. de pign. ubi part. n. 3. latè & optime profecit Joan. Garcia ubi proxime à n. 6. cum seqq. 100 Quare seipsum exequitur. statimque absolutus exceptione rei judicatae (quam illa praestat) tutus sit, toto tit. ff. de exceptione rei judic. Innoc. in c. cum nostris, n. 3. vers. ex his, de concessione praebendae, gl. in c. pastor alius verbo, cum executionem, de app. & Doctores ibi Angel. in repet. l. tale pactum n. 17. ff. de pactis. Natta consil. 524. n. 25. vol. 3. Incipit in causa. Bart. in l. metum, §. sed quod prior, n. 12. ff. de re jud. ubi optime Zalius n. 2. per text. in l. 1. §. debitor. ff. ut in possessionem legato quem ad hoc singulariter inducit ipse Zalius sequitur Andr. Gaill. ubi supra dicens quod ab eruditissimis iudicibus ita diligenter observandum est, sententiam impediti iudices indistinctè executoriales petenti vidori decernunt, seque meminisse hac ratione victori executoriales in Camera denegatas fuisse, quod quidem ex identitate rationis observandum est, & intelligendum in quolibet actu, & sententia negativa, quae secum executionem trahit. Contrarium tamen solet ubique praticari, ut his casibus supradictis executoriales relaxentur videlicet petente, non ad effectum exequendi, sed juris sui, & exceptionis conservandi causa ac comprobandi.

103 Pariter etiam executoriales non expediuntur vigore sententiae nullae, cujus nullitas per inspectionem actorum appareat, quia sententia nulla notorie nullam executionem meretur. Ita in terminis dicit Andreas Gaill. lib. 1. praef. observatio d. observ. 113. à n. 2. fol. 87. Marant. de ordine judiciorum 6. p. tit. de executione sententiae n. 3. fol. mibi 651. in parvis.

104 Sed quis iudicium, an iudex à quo, an iudex ad quem, qui confirmavit, vel infirmavit sententias, tuncque ultimam, vel aliam, quae tamen transivit in rem iudicatam: possit executoriales expedire, & executionem facere; quid in delegato & quid in Ordinario, mirabiles multaque per ampliationes & limitationes magnam casum diverbitatem, & differentiam congestit novissime Sigismundus Scac. tr. de appell. q. 11. art. 7. per totum à n. 162. usque ad n. 184. quem vide omnino.

CAPUT II.

Quanto temporis spatio silentium executorialium vires seu minuat, seu penitus enervet, ubi inter utrumque jus, & Regium redditur discrimen.

SUMMARIUM.

- 1 Executorialium vires ex quibus vel extinguantur, vel enerventur.
- 2 Si in executione conquievit pars, & iudex per unum annum puta, nova debet fieri citatio cum relatione status executionis, & de ratione.
- 3 Ab executeore omittente citationem requisitam appellationi interjectae deferendum est.
- 4 Executoriales & sententia post triginta annos non exequuntur.
- 5 Appellationi emissa ab executeore executorialium praescriptarum, nisi deferat executor vim faciet.
- 6 Executorialium praescriptarum exceptio legitima, cum oritur ex inspectione sententiae.
- 7 Ab executeore rejiciente legitimas exceptiones appellationi deferendum.
- 8 Exceptionem praescriptae executionis non est necesse

- opponere, sed iudex ex officio ad id tenetur, cum appareat ex inspectione sententiae.
- 9 Exequendi jus ex obligatione personali decem annis iure regio praescribitur.
 - 10 Executivum jus ex re iudicata super actione personali simul cum ipsa actione praescribitur spatio viginti annorum iure Regio.
 - 11 Exequendi jus ex instrumento guarantee si praescribitur per decem annos, non impeditur via ordinaria ex instrumento agi intra aliud decem annos.
 - 12 Jus exequendi ex actione reali etiam hodie iure Regio non praescribitur, nisi spatio triginta annorum.
 - 13 Executorialium jus iure civili praescriptum per triginta annos, à minori tempore iure canonico amittitur.
 - 14 Executorialium vires amittuntur per longum tempus concurrente non bono iure victoris, & à n. 21.
 - 15 Instantia iure canonico non perit, sed est perpetua.
 - 16 Instantia iure canonico perit per decem annos concurrente negligentis non bono iure, quia tunc lis praesumitur habita pro derelicta.
 - 17 Lis censetur derelicta per silentium decem annorum concurrente non bono iure negligentis, non in omnibus casibus, sed in beneficiis tantum, & qua ratione.
 - 18 Defectus juris concurrente cum silentio decem annorum non est, ut beneficium tamen sit tempore litigiosum.
 - 19 Instantia & lis in Romana Curia non finitur nisi per sententiam in omnibus casibus praeter beneficia.
 - 20 Executoriales in beneficiis extinguuntur per non usum earum, & per cessationem minori tempore triginta annorum, quomodo intelligatur.
 - 21 Jus exequendi ex executorialibus etiam iure canonico non nisi spatio triginta annorum extingui, defenditur.
 - 22 Lanceloti Roberti assertio reprobat.
 - 23 Silentium longi temporis in executorialibus licet possit concurrere, non tamen iniustitia calumniosa sicut in lite.
 - 24 In executorialibus omnis cessat calumniosa praesumptio, & pro eis praesumitur ritè & rectè lata sententia.
 - 25 Executorialium jus ut extinguatur, triginta annorum lapsus requiritur iuxta Rotam.
 - 26 Silentium per longum tempus non praesumit derelictis executoriales, cum adsit in illis praesumptio boni juris.
 - 27 Silentium longi temporis perimit instantiam litis, ergo perimit jus exequendi executorialibus; non est bonum argumentum.
 - 28 Lis perit triennio iure civili, & tamen non jus exequendi, cum triginta annorum lapsus desideret.
 - 29 Exequendi jus ex executorialibus non habet instantiam regulariter.
 - 30 Instantia in executorialibus non incipit currere antequam in iudicio capta sit executio.
 - 31 Executoriales valde antiquae non mittuntur executioni.
 - 32 Executoriales simpliciter, antiquae, scilicet, quae nondum complevere triginta annos, mittuntur executioni cum exhibentur processus & sententia ex quibus emanant.
 - 33 Secus si sola executoriales exhibeantur post longum tempus, quia tunc illis denegatur executio, ibid.
 - 34 Executionis coepa instantia an per triennium pereat, tres reperiantur opiniones, & de resolutione, n. 6.
 - 35 Jus exequendi tam ex executorialibus, quam in instrumento guaranteegiato habere instantiam triennio perituram, qui teneant.
 - 36 Quae opinio tanquam absoluta & sine distinctione sequenda non est.
 - 37 Executivam vim ex instrumento guaranteegiato non habere instantiam, nec triennio perire, qui teneant.

- 37 Quam opinionem veram esse, resolvitur in casu de quo loquitur, ibid.
- 38 Sententia definitiva est essentialis, ut iudicium instantiam habere dicatur.
- 39 Executivum jus intentatum per actionem in factum ex re iudicata, habet instantiam perituram.
- 40 Executivum ex executorialibus intentatum per iudicis officium mercenarium, non datur peritura instantia.
- 41 Executio si est petita actione in factum, ordo iuris servari debet.
- 42 Executivum iudicium intentatum per iudicis officium, celere executionem requirit.
- 43 Ex actione iudicati agitur ordinaria via.
- 44 Executio ex executorialibus per officium iudicis petita non requirit libellum, nec figuram aut ordinè iudicis, & ideo uberius est eo agere, quam actione in factum.
- 45 Executio sive petatur iudicis officio, sive actione in factum ex executorialibus appellationem suspensivam non recipit.
- 46 Executio iudicio actione in factum intentata, licet detur peritura instantia, procedit iure civili, non iure canonico.
- 47 Executio coepa per litis contestationem perpetuat in quadraginta annos jus exequendi.
- 48 Lite coepa per citationem aut executoris missionem, incepta praescriptio interruptitur, non tamen perpetuat alio, quae de novo iniungenda est.
- 49 Lite coepa per litis contestationem, non solum interruptitur praescriptio, sed perpetuat alio in 40. annos, etiam si decem tantum sufficiant ad actionis praescriptionem.
- 50 Exequendi jus etiam ex actione personali, & re iudicata, super ea post litis contestationem petita executione, in corrupta perpetuat in 40. annos.
- 51 Iuris exequendi per citationem & executoris missionem interruptitur praescriptio, per litis autem contestationem perpetuat jus ipsum in alios 40. annos.
- 52 Et quid in hoc Rota Romana sentit.
- 53 Executivum jus & interruptitur per citationem aut executoris missionem, demum incipit ejus praescriptio.
- 54 Facta contestatio perpetuat jus executivum in 40. annos.
- 55 Litis contestatio ubi non requiritur, primus actus subsecutus habet vim litis contestationis.
- 56 Quod procedit in via executiva.
- 57 Per quasi contestationem & actum, qui illius loco habetur, perpetuat alio in 40. annos.
- 58 Instantia perempta per triennium non perit jus agentis, quominus denuo aliam fabricet instantiam.
- 59 Acta iudicii licet perirent perempta instantia, non tamen acta causa.
- 60 Acta iudicii dicuntur, quae tendunt ad litis ordinationem, ut in exemplis, ibid.
- 61 Acta causa dicuntur tendentes ad litis decisionem pro ut instrumenta, confessiones, testes, & similia.
- 62 Acta probatoria non perirent perempta instantia.
- 63 Instantia de novo coepa reproduciuntur acta probatoria prima instantia perempta, quae fidem faciunt.
- 64 Perempta instantia in via executiva intentata actione in factum, potest de novo inchoari, per aliud triennium.
- 65 Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. disponens in prima instantia post lapsum biennii liberum esse parti adire superiorem, & explanatur.
- 66 Falluntur intelligentes ex Trident. perire instantiam biennio iure canonico, ibid.
- 67 Trident. apponit biennium inferiori ad finiendam causam non tamen irritat acta processus sed per ea superior causam decidit.
- 68 Instantia si periret biennio, ex d. Trident. acta omnia ordinatoria iudicii perirent, ut citationes, libelli termini, conclusiones, & similia.

Perumque videlicet immemores executorialium diu negligunt, vel impediti tardius, effectuale executionem postulare, aut etiam eandem prosequi, quod quidem in causa est, ut executoriales ipse, vel diminutionem patiantur, vel penitus enerventur, idque contingere solet, vel quando inter commissionem executorialium, & ipsam executionem transivit longum tempus, vel quando earum executio post longissimum desideraretur, vel postquam ipsa executio coepa fuit, per triennium conquievit.

Quantum ad primum, illud elegans est notandum, quod licet regulariter in executione executorialium & aliorum citatio necessaria non sit, nisi in aliquibus casibus distinctè prosequendis infra c. 5. à n. 6. tamen si à die commissionis executionis usque ad executionem factam, seu etiam faciendam transierit longum tempus, puta, unius anni, vel plurium annorum, debet fieri citatio, etiam in casibus indistinctè, in quibus alias necessaria non erat: vel in quibus requiritur praecise, nam alia iterum faciendae est cum relatione status negotii, seu executionis. Ratio est, quia illo medio tempore potuit condemnatus, & executus solvise totum, vel partem, vel aliter satisfecisse, seu aliquid aliud adducere relevans ab executione & ejus molestia, sive sit solum officium iudicis executionem relaxantis, sive non, quia post transitum dicti anni nova debet fieri citatio, secus si lapsus esset modicum tempus. Ita eleganter docet Guido Papa, decis. 329. de iure sub num. 2. vers. & super in fine, & ante eum docuit Bald. consil. 35. lib. 5. sequitur Cardinal. Tufchus praef. conclus. tom. 3. litera E. consil. 293. num. 3. idem firmat Rebut. in tract. de sententiarum execut. q. 17. gl. 11. limit. 2. sub num. 19. tom. 1. fol. 370. per quos ita semel confusus respondi in quam ardua executione, quae in hoc Gallo graeco supremo tribunali revocata fuit, & annullata eo, quod postquam executio commissa fuit, & incepta, cessavit minister per aliquot annos, post quos illam prosecutus fuit absque nova citatione, & intimatione status processus executionis, quare merito fuit revocata.

Sed non quidem ex hac nostra eleganti doctrina, quare moderamen hoc, ac quidem diminutionem patiuntur executoriales, ex quo sequitur necessarium, quod cum requiratur citatio, ea omnia corrumpit executio, à qua emissa appellationi, ut legitime nisi deferat executor vim faciet evidentem. Ita Abb. consil. 30. praedicta lib. 12. Rebut. in tract. de sententiarum execut. n. 1. & seqq. fol. 223. Tufc. praef. conclus. tom. 3. lit. E. consil. 434. n. 1. idem 1. tom. lit. A. consil. 4010. num. 3. & n. 21. ultra alios plures citavi c. 1. hoc q. p. à n. 42. vers. quam executorialium expeditionem, &c.

Ceterum post triginta annos nec sententiae, nec earum executoriales executioni mitti possunt, quia per illud temporis spatium jus exequendi (hoc est, actionem in factum, & officium iudicis quae illis praestantur) legitime praescribi, non est dubium. Ita Innocent. in cap. fin. de except. quod Bal. ibi notabili dignum reputat. gl. fin. in l. fin. C. de praes. 30. vel 40. annor. idem Bal. in rub. de rescrip. & in l. debitorum q. 3. C. de pactis. Marant. in Specul. aureo ult. p. tit. de executione sententiae n. 54. Bal. de praescrip. 4. part. princip. quest. 31. Roderic. Xuarez in repet. l. post rem in primo. not. a. 1. num. 1. ubi reputans famosum expendit id text. in l. sicut Codic. de praescrip. 30. ann. ibi persequente, juncta ibi glof. & ibi etiam ejus additionator Bal. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 27. part. 3. Parlarior. lib. 1. verum quorid. cap. 1. §. 11. num. 12. Anton. Gomez. in l. 63. Tauri n. 1. Olanus in concord. jur. litera I, num. 57. Azeved. in l. 6. tit. 15. lib. 4. recop. na. & probatur in l. 22. tit. 29. part. 3. Gratia. in discept. foren. cap. 66. num. 21. tom. 1. pro quo allegat L. auctori Cod. de iurejur. Afflic. decis. 345. Marant. in execut. sentent. num. 54. Surdus consil. 186. num. 3. Marelcop.

Marescot. lib. 2. resal. 121. n. 10. Cumia. ritu 19. n. 103. ritu 76. n. 18. Marius Giurba dec. 96. n. 1. charus mih Carol. de Tapia in compila. jur. Reg. Neapol. rubric. 41. ritu 262. n. 5. fol. 226. post Carpan. ad statut. Mediolan. c. 158. n. 271. & alios.

Et sic sequitur, quod appellatio ab hujusmodi executorialium prescriptarum executione appellatiom emissa non deferens, vim faciat manifestam, quia cum earum jus exequendi perierit per lapsum temporis, & non ulum, executionem non mereatur, l. 4. §. condemnatum de re jud. & ea quae in eius comprobationem latissimè adduximus, quod isthaec exceptio sit legitima, & inducat nullitatem, cum ex inspectione sententiae oriatur, tenet Ancharan. conf. 259. n. 3. & 4. Padilla in l. ubi pactum C. de transact. num. 10. Card. Tusc. praef. conclus. tom. 3. litera E. concl. 381. num. 16. & quod sit legitima exceptio, Avendan. de exeg. manda. 2. part. cap. 30. nu. 11. ergo succedit regula, quod executor excedit non admittens legitimam exceptionem, & ad earum refectione appellatiom deferendum, late infra hac 3. part. cap. 7. per totum. Imò dicunt ipsi Doctores expressè, quod necessarium non sit opponere sed iudex ex officio facere tenetur, quia constat ex inspectione sententiae, & quod impediatur executionem, tenet ultra relatos Gondizal. de Paz in praxi 4. part. tom. 1. c. 3. num. 11. Castellus in l. 63. Tauri, verbo, diez años, & ibi Palacius Rub. num. 16.

Quod nostris Hispano jure non ita indistinctè procedit, si quidem l. 16. Tauri, quae est l. 6. tit. 15. lib. 4. recop. dispositum stat, ut jus exequendi ex obligatione personali decem annis praescribitur, ac pariter jus executivum, quod provenit à re iudicata super actione personali, similitè iudicium, cum ipsa praescribitur viginti annorum spatio Castellus in d. l. 63. Tauri, ita tradidere Roder. Xarez in declar. l. Regni limit. 6. in pr. Palacius Rubens in l. 63. ubi Anton. Gomezius, Covar. in regul. possessor. 2. p. §. 11. n. 2. Gregor. Lopez in l. 22. tit. 39. part. 3. in gl. verbo 30. años. Aviles in c. 10. Avend. de exeg. mandat. 2. p. c. 30. n. 11. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3. or. dim. gl. 1. vers. dubitatur praeterea fol. 677. Joan. Gutier. in repet. l. nemo potest, n. 468. Paz. in praxi 4. p. tom. 3. p. 3. à n. 11. & seqq. Amador. Roderi. in tr. de executione c. 6. n. 59. Curia Philippica l. p. §. 1. n. 75. qui omnes dicunt l. 63. materiam latissimè exornant, ultra quos & copiose Parla. lib. 1. rerum quotid. lib. 1. c. 1. §. 11. cum seqq. quem vide ad hunc articulum particularem, §. 14. n. 10. Didac. Perez in d. l. 4. gl. 1. vers. dubitatur praeterea. Did. in l. 3. tit. 13. lib. 4. ord. gl. 1. Covarr. supra regul. possessor. 2. p. §. 11. per tot. cum seqq. Azeved. in l. 6. tit. 15. 4. recop. ex n. 1. cum seqq. quam quidem pluribus ampliationibus, & limitationibus elegantibus & practicabilibus valde exornant.

11 Illud non omittens, quod licet jus exequendi ex instrumentum guaranteegiato competens per decennium praescribitur, minimè impediatur, ut eisdem instrumentum virtute agi possit via ordinaria inter alios decem annos pro in illo contentis, & quod instrumentum producat ad debiti probationem; ita ex Baldi eleganti doctrina in l. plane, ff. quod cum falso tutore, explicant Roderic. Xarez in declarator. legis Regni limit. 6. n. 3. dicens notabile esse determinationem, tenent Cifuentes, Castellus & Ant. Gomez in d. l. 63. Tauri, Covarr. ubi proxime n. 4. Didac. Perez, Paz & Curia Philippica locis proxime citatis; idem etiam tenet doctissimus Carolus de Tapia in compila. jur. Reg. Neapol. li. 3. de instrum. liquid. ritu 167. incipit, nota quod fol. 242. verbo nota quod.

12 At verò respectu juris exequendi ex actione reali dependentis, nihil alteravit d. l. 63. dispositio cum loquatur duntaxat in jure exequendi ex actione personali competente, si tunc lex corrigens, proinde nec amplianda, nec trahenda est ad casus non expressos, &

sic jus exequendi ex actione reali remanet intactum, & sub juris communis dispositione, ut non minus triginta annis amittatur, & enervetur, quod alios referens adverit, & bene, Duenas in regul. limit. 1. & Avendan. in c. proto. 2. part. c. 30. n. 12. Parlador, lib. 1. rerum quotid. c. 1. §. 13. sub n. 6. & per d. l. 63. alios allegans dicit Valdes in addition. ad Roderic. Xuar. ad l. post rem, nota, l. n. 3.

Similiter etiam jus commune (quod jure canonico attendimus, non regium) alteratum videtur, & illud 30. annorum spatium, ad minus redactum, siquidem Rota Romana in una Barchinonen. canonicatus coram Guviardino 7. Junii anno 1567. ut testatur Lancelot. de attentatis 2. part. c. 4. in praesentione n. 283. resolvit, cum dubitaretur, an vires executorialium essent intactae ex eo, quod quis eas obtinuerat, sicut per 18. años, nec fuit executus; Domini tenuerunt, non esse extinctas, & ea ratione, ita fuisse determinatum, (dicit Lancelot.) quia licet constabat de tempore legitimo ad inducendam oblivionem ex parte tacentis; ad inducendam extinctionem tamen non constabat de alio requisito, scilicet de malo jure ejus, quia si de eo constaret utique extinctas esse executoriales, declarent, & idem appareat tenuisse eandem Rotam in una Legionensi 27. Novemb. anno 1592. inferius alleganda, vers. & in terminis à n. 25. ut quia cum opponeretur executorialibus de silentio plurium annorum, responsum fuit non oblati; quia non constabat simul de evidenti juris defectu tacentis.

Illam quidem decisionem Barchino. tradit ipse Lancelot. in comprobationem illius mirabilis doctrinae, quae habet, quod licet de jure canonico non percat instantia, imò sit perpetua, c. penult. & ibi Canonistae de iudiciis, & ibi Marian. Socin. sub n. 13. vers. ulterius quaerit, & sub n. 14. inter tract. diversorum de iudiciis 3. tom. 1. part. fol. 67. III. in l. 1. properandum n. 27. C. de iudiciis, Castiad. dec. 5. erat in una n. 4. ut lite pend. Marant. in Specul. 5. p. verbo & omnia sunt durante instantia hm. 1. n. 14. f. 240. Vautius de nulli. ex defectu juris d. inde. & con. 126. Gambar. de autoritate legati lib. 3. n. 459. tom. 13. p. 2. fol. 272. Hieron. Zanch. tract. de differ. inter jus civil. & cano. diff. 30. n. 43. tom. 1. fol. 201. Mandos. tr. ad. de anna. cas. n. 133. tom. 17. fol. 214. Alini. in praxi in pr. c. 3. n. 22. Ant. de Butrio in d. c. penult. de indic. sub n. 9. Rota dec. 10. alias q. 11. si lite pend. n. 5. ut lite pend. & an noviori dispositione Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. hoc jus antiquatum sit, ad fin. hujusq. apparebit à num. 65. & superius.

Tamen unus modus, quo lis extinguatur, seu instantia, perit eo jure, nempe quando à prosecutione ejus fuit cessatum per longum tempus, scilicet 10. annos, concurrente cum eisdem, non bono penitus jure negligentis, de quo constat, quia tunc praesumitur lis habita pro derelicta. Ita advertit Cassador. dec. 5. ut lite pendente, in qua decisione licet fuisset 8. anni duntaxat, & videatur simpliciter relata, & retenta à Menoch. in tract. de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 202. n. 114. tamen postmodum pluries eam declaravit Rota requiri saltem decem annos cum qualitate defectus juris negligentis. Puteus dec. 14. ut lis censetur derelicta, sub rub. ut lite pendente, & dec. fin. lib. 2. & idem Puteus dec. 245. lib. 2. Simonetta dec. 35. an lis, sub rub. ut lite pend. Puteus dec. 7. eod. tit. Peregr. dec. 95. alias 109. incipit, dubitavi, & pluries ita determinasse Rotam affirmat Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 4. in praesentione à n. 275. quod ego libentissime verum intelligerem in 17. beneficialibus causis, non in aliis, tum quia omnes praedictae decisiones loquuntur in beneficialibus, & cum sit juris correctio, ejus terminos egredi non debemus (ut paulo ante notavi) tum quia jus beneficiorum non est perpetuum, sed temporale ad vitam, & sic jure censetur, derelinqui licem calumniosam, & injustam per

per tot temporis silentium, post quod vita vix, aut parum potest, beneficio potiri, tum etiam quia dato defectu juris, non est honestum, ut beneficium tanto sit tempore litigiosum; quod in his terminis consideravit Rota in una Compottellana Canonicatus, ut testatur Puteus dec. 245. lib. 2. num. 5. quod sic debet intelligi, ut etiam verificetur, quod dicit Gomez. de trienna. poss. q. 98. ad fin. q. 56. & Zerol. in praxi Episcop. 1. p. verbo, instantia, vers. 6. quod in Curia Romana lis, seu instantia nunquam extinguitur, nisi per sententiam, ut procedat in omnibus causis, praeter beneficiales, tantum juxta d. dec. Rota, ex quo comprobari videtur, quod dicit Lancel. ubi sup. executoriales extingui per non ulum earum, & cessationem per minus tempus 30. annorum.

21 Hac ego difficultate aliquando summopere pressus, valde in vincenda meditans insudavi, quare non recedas à juris communis regula dicente, jus exequendi ex re iudicata ejus executorialibus, aut alia re, non nisi 30. annorum silentio sumoveri: ac quod moveor primo ex ea dec. Rotae superius adducta, vers. similiter etiam à num. 13. qua declaratum fuit, silentium longi temporis, etiam 18. annorum non sufficere, ad enervandum vires executorialium, & nil mirum cum 30. sit praesens necessarium. Nec obstat quod dicit Lancelot. in cap. 4. in praesentione d. n. 283. 2. part. id fuisse ita determinatum, quia non apparebat de evidenti, & calumnioso defectu juris, quasi fecus foret, si appareret, quia haec ratio non solum falsa, verum & falsissima est: siquidem impossibile sit, ut executorialibus, aut sententiis transactis in rem iudicatum possimus adaptare illam doctrinam, quod silentium longi temporis decennii puta, cum suo altero adimniculo, nempe defectu boni juris extinguat licet coeptam, nam licet in silentio executorialium possit concurrere temporis necessarii longinquitas, tamen non potest concurrere illa alia qualitas, & praesumitum requiritum, scilicet evidens calumniosa injustitia, & defectus juris, quoniam licet possunt dari in lite à principio, dum pendet, coepta: tamen cessat, & excluditur postquam aliquis obtinuit pro se sententiam, aut sententias translatas in rem iudicatum, aut tres conformes, aut per consequens executoriales, aut eis extantibus omnis cessat calumniosa praesumptio, imò pro eis praesumitur, ritè & rectè latas, & expeditas. Ita per Sarnerium in regul. de subro. col. quest. 11. n. 3. Ruin. conf. 799. 3. lib. 5. Aeguid. dec. 89. ad Bal. conf. 492. n. 2. lib. 3. Socinum consil. 158. n. 9. lib. 2. ergo silentium per longum tempus haec praecisa qualitate deficiente, non potest operari enervationem, & extinctionem in executorialibus, sicut in lite.

22 Nec enim est bonum argumentum, silentium perimit instantiam litis, ergo debet perimere jus exequendi

ex eo deducitur: nec sequitur, decennii taciturnitas perimit instantiam in lite pendente, ergo debet perimere executoriales, quoniam videmus triennio perire litem jure civili, l. properandum, C. de iudiciis, ubi 28 Doctores in cap. penult. ood. tit. & tamen non triennio, nec longo tempore, sed longissimo 30. annorum jus exequendi enervatur ex superius adductis maxime DD. supra citati omnes in vers. tamen unus est modus, n. 16. dicunt, quod per longi temporis silentium, & defectum juris perimit instantia litis; sed in jure exequendi, & executorialibus non datur instantia regulariter (ut in 29 ferulis apparebit) ergo hujusmodi silentium illas enervare non potest, quia quod non est, rumpi non quit; & privatio praesupponit habitum; qualitasque non potest esse sine subiecto, ex vulgaris juris regulis, & in casu quo datur instantia, tunc incipit currere à tempore litis contestationis, non antea, text. in d. l. properandum C. de iudiciis, ubi DD. & in cap. penult. ood. tit. sed non antequam in iudicium coepta sit executio, secundum terminos infra in 3. opinione adductos, quod in d. dec. cessabat.

Et sic sequitur quod nihil innovatum est in jure canonico, sed semper 30. annorum spatium sit necessarium ad praescribendum jus exequendi. Et hinc est quod dicit alias Rota apud Seraphinum dec. 138. n. 6 tom. 1. quod executoriales valde antiquae non mittuntur executioni, sed absolute illis negatur, maxime si sint obtentae per audientiam contradicatarum, ut scilicet quando excedunt dictos 30. annos, ut aliter fiat, quando simpliciter sint antiquae executoriales; puta quando nondum complevere dictos 30. annos, tunc non mittuntur executioni quando exhibentur, & praesentantur solae executoriales nude, & sine processu, & sententiis, à quibus emanarunt. Ita Anton. August. in Epitome de executorialibus num. 13. fecus autem quando exhibentur executoriales cum processu, & sententiis simul; quia tunc nullatenus illis executio denegatur, ita determinavit Rota in dicta dec. Legionens. de anno 1592. 27. Novemb. in fin. quam ad literam aliud agens refert Nicolaus Garcia de benef. 6. part. c. 4. n. 42. qua quidem dec. refert ita de anno 1567. in una Tuderina bonorum fuisse resolutum per Rotam coram D. de Rubens, quod quidem & juri consonum est.

Circa ultimum autem, quando executorialium ex 33 cutio coepta est, in eaque per triennium à prosecutione fuerit cessatum, an ejus instantia perisse dicatur, ita ut de caetero in eadem prosequi nequeat: ingens quidem sit difficultas, siquidem à Doctoribus in varias itum est sententias, & opiniones: in quo quidem tres inventio (prout videbis) componendas, primam quae habet absolute, quod jus exequendi promissum, tam ex sententiis, & executorialibus, quam ex instrumentum guaranteegiato, habeat instantiam, & per triennium perituram, tenent Bald. in l. 1. nota. 3. n. 3. ver. & hoc facit in fin. C. de jure propri. calum. ubi Paul. de Caltr. sub n. 5. & 6. & in l. 2. §. observari, C. eod. tit. Alexand. in l. properandum C. de jun. sub n. 3. & 4. III. sub n. 8. Alex. consil. 50. visis actis n. 7. & 8. lib. 2. Socin. consil. 95. n. 2. l. m. 1. Marant. in Specul. 5. part. prim. 7. & 8. fol. mibi 264. & in hanc videtur se sententiam licet breviter inclinare Bened. de Bart. in tit. garant. 2. part. q. 5. tom. 6. diver. p. 2. fol. 345. & ut communem defendit eam III. Cumia. super ritibus Sicil. cap. n. 19. cum seqq. vers. quae circa hoc; haec quatenus absoluta est, & sine distinctione, minimè est sequenda.

Secunda opinio est huic contraria, quae absolute habet in executivis ex instrumentum guaranteegiato non dari instantiam, & sic nec perire triennio; hanc tenet Bart. in l. litibus 19. sub n. 7. C. de agri. & cens. quem referens sequitur Bal. sibi inconstans in l. tale pactum 41. §. qui provocavit sub n. 11. quest. 10. ff. de pactis Angel. Aret. in l. ab executeore n. 11. ff. de appellat. & relat.

relat. hanc ut veram sequitur Antonius de Cana. in tr. de executione instrum. quest. 37. sub num. 71. versus fin. tom. 5. fol. 44. Francisc. Arcein. in cap. penult. in fin. de jud. dicens, quod cum in iudicio executivo non expectetur silentia definitiva, quod est pars essentialis, nimirum ut in eo non detur instantia, tandem sequitur, idem dicens Bal. in l. consentaneum 8. sub nu. 49. vers. ultra 38. quaro C. quomodo & quando iud. alios plures citat Afm. in prax. iudic. in princ. cap. 3. sub. n. 37. Sequitur Curt. Senior in l. 1. n. 23. & seq. C. de iurejur. propter calump. & hanc ut veriore in iudicio executivo sequitur Sigismund. Scaccia tract. de appellat. quest. 15. sub n. 248. quae quidem in se vera est, & indistincte tenenda omnino, respectu executionis & instrumento, vel flatu, ita ut prima opinio respectu hujus partis non admittatur, nec locum habeat.

cessario ea omilla requiruntur, admovent ultra dictos Andreas de Ileria, quem referunt, & sequitur Mandos. & ubi proxime, & Gravatus in annot. ad Vestrum in praxi lib. 8. c. ult. n. 24. Et haec opinio probabilior est de iure, magisque communiter recepta, quidquid acquitate motus dixerit ex aliis, quod allegat, Rodericus Xvarez in repetitioe l. post rem iudic. ff. de re iud. nota. 2. a. n. 9. & supra, sequitur Greg. Lopez in l. 1. tit. 27. part. 3. gloss. 5. affirmantes ut nulla sit differentia inter actionem in factum, & officium iudicis contra quos pariter resolvit Cavallos ubi proxime, qui licet ponat quaestionem in libello tantum, tamen omnes Doctores pro utraque parte allegati citati, loquuntur etiam in litis contestatione, & ordine judiciali quibus supradictos adde.

Illud tamen, ut verum est notandum: quod in utroque casu five executio est re iudicata, & executorialibus postuletur, appellatioque emissa ab ea deferendum non est, ut in terminis dicitur Anton. de Canar. in tractatu de executione instr. q. 46. n. 84. fol. 44. quem sequitur Scaccia de appell. quest. 17. limiti. 10. sub n. 15. Guido Pape q. 573. Rota decis. 100. n. 13. p. 1. diversorum, plurimos citat Roland. a Valle consil. 43. n. 5. vol. 1. Gratian. in disceptat. forens. c. 333. n. 1. tom. 2. & sic infertur, ut cum detur litis contestatio, instantia, quae incipit a litis contestatione, debeat per silentium triennii perire, l. properandum, C. de iudicis & quos adducit Afm. in prin. cap. 3. sub num. 37.

Et sic concludo in hoc tam difficili articulo, primò quod ut in executione ex instrumento non detur instantia, & sic nec pereat ejus actus, secundum Doctores secundae opinionis. 2. ut in executione per officium iudicis implorata ex executorialibus, & sententis in rem iudicatam transactis pariter nec detur instantia, simpliciter & absolute hoc intelligendum, & admittendum, prout admittunt omnes DD. in tertia opinione, neque adhibitis adminiculis, per Afflic. d. decis. 346. n. 12. Tertio quod in executione petita virtute executorialium per actionem in factum ex iudicatu; datur instantia peritura per triennii silentium, secundum Doctores in tertia opinione citatos, & adductos, etiam & in priori, quatenus loquuntur de executorialibus, ut ita secundum hoc membrum intellecti, vera sit eorum opinio, quatenus verò absolute generice & indistincte loquuntur, & hos omnes articulos, & membra comprehendunt una determinatione; probanda est & non sequenda.

Unam tamen libenter advertam, quod articulus, quo diximus, in executorialium executione dari perituram instantiam; procedat de iure civili, non tamen de iure canonico, cum eo iure esse perpetuam superius dixi: nec etiam ille alter modus vixinga Rota introductus finitendi instantiam, & litem extinguentem in beneficiis causis, de quo a num. 16. late sursum notatum habet locum in executorialibus ex ratione ibi adducta, a num. 21. quia licet adit silentium longi temporis in eis, non potest adesse defectus iuris evidens, quem ibi videas, an autem Concilium Trident. aliquid innovavit contra jus canonicum & apposuit terminum instantiae, ita ut post illum illa pereat, inferius ad finem apparebit.

48 Quod quando lites coepta est per citationem, & executoris missionem, praescriptio coepta interruptitur, non tamen perpetuatur actio: quia propter ex integro praescriptio debet incipere, & perit tempus appositum praescriptioni actionis, de qua agitur, & ut in unum plures taceam Bald. de praescript. 3. part. prin. §. 4. n. 10. 49 Si autem lites coepta jam sit per litem contestationem, non solum interruptitur praescriptio, sed perpetuatur actio in 40. annos, etiam si decem tantum vel minus alias ad ejus praescriptionem fuissent, l. fin. C. de praescript. 30. vel 40. annor. tradit late & eleganter Xvarez in repet. l. post rem, §. considera ult. a. n. 4. Dueñas in regul. 6. Parlador. rerum quotid. lib. 1. c. 1. §. 14.

ut ad perpetuandum jus exequendi, debeat praecedere actus, qui loco contestationis in iure habetur, maxime quoniam per quasi contestationem, & per actum, qui loco contestationis habetur, actionem perpetuari in quadraginta annos, non est dubium, probat text. in l. nam & postea, §. si is qui temporalem, ff. de iurejur. text. in l. 2. C. ubi in rem actio, late post alios Baldus in tract. de praescript. 4. part. prin. n. 2. in fin. & n. 3. & sic debent intelligi, & declarari praefati DD. quae omnia, quia quotidiana sunt & necessaria, nota.

Quod breviter supposito dicit Valdes in addit. ad Roder. Xvarez in l. post rem, §. considera ult. nota 2. ad n. 3. litera C, quod si jus exequendi ex actione personali, & ex sententia super ea (quod durat decem annis secundum l. 93. Tauri, & nos supra) interruptitur per litem contestationem, aut petita executione, tunc perpetuatur jus exequendi in alios quadraginta annos, allegat Aviles in cap. 10. praet. n. 63. Avend. in 2. part. cap. 30. n. 14. de exeq. man. Didaeus Perez in l. 39. tit. 13. l. 3. ordinamen. hoc magis clarior, & juri conformis explicuit Parlador. lib. 1. rerum quotid. cap. 1. §. 13. n. 10. per Roderic. Xvarez in repet. l. post rem a §. considera ult. nota 2. num. 4. loquendo in iure exequendi decennali ex d. l. 163. Tauri; ut si hoc jus exequendi fuerit in iudicium deductum per citationem, vel executoris missionem per alios decem annos; si vero per litem contestationem, in quadraginta perpetui.

Hoc supposito, & dato, quod in executivis perpetuetur jus exequendi in 40. annos, si forsitan per tot id iudicium finem non accipiat; videtur iustificata difficultas num. 47. superius proposita in eo casu, quod diximus, viam executivam habere perituram instantiam, per silentium triennii, quoniam si damus extinctioni instantiae, cur perpetuationem executionis permitimus? Cui facile responderetur, quod utramque potest adesse, & simul stare, quoniam perempta instantia per lapsum triennii non perit causa nec jus partis, imò ejus virtute potest de novo actor causam incipere, & novam instantiam fabricare, l. properandum, §. fin. & ibi gloss. vers. vigorem, communiter Doctores, C. de iudicis, & Bart. in l. petenda C. de tempor. in integ. restit. Marant. de ord. iud. §. p. prin. in princ. 47. fol. 273. in fi. quoniam licet tunc pereant acta iudicii, non autem acta causae seu litis, ita Abb. in c. venerabilis, col. 6. vers. quaro quae acta, de iudicis, acta autem iudicii illa dicuntur, quae tendunt ad litem ordinationem, prout libellus, litem contestatio, terminus probatorius, satisfationes, conclusiones, & alii similes actus; acta vero causae dicuntur, ea quae tendunt ad decisionem, prout sunt dispositiones testium, instrumenta confessiones, & alia similia acta probatoria, ut declarat gloss. in clem. sepse, in verbo defensionis, de verbo. signi. Marant. ubi proxime num. 55. & sic acta omnia pertinentia ad litem ordinationem pereunt cum instantia, acta vero probatoria non pereunt, Specul. in tit. de iud. deleg. §. restit. vers. sed nunquid omnia, & Bal. in l. cum antea, circa fin. C. de arb. Bart. plene in l. cum lite mortua, ff. indissolu. late Alex. in l. is apud quem col. ante penult. & pen. C. de eden. & Abb. in c. causam quae de test. & ubi proxime, Marant. d. n. 55. fol. 277. ubi facit conclusionem ex dictis, quod quando instantia incipitur de novo, possunt in vim probationis reproduci attentationes, & probationes receptae in prima instantia perempta, & faciunt plenam fidem ex supra citatis Doctoribus, & Alexand. in consil. 61. col. 3. in fin. in 2. vol. Solum ergo requiritur, quod lites de novo ordinetur, incipiendo a libelli porrectione, & ad alios actus secundum naturam iudicii & sic in executivis, casu quo perit instantia; potest iterum de novo actio in factum ex iudicatu intentari, de triennio in triennium, usque ad quadraginta annos, quia ea per triennium non peribit, sed acta ordinatoria duntaxat; quare sequitur ut utrumque, & instantia perempta, & perpetuatio possit simul concurrere, & stare.

Ex his inferitur ultimo loco ad intelligentiam sacri Concil. Trid. 6. sess. 24. de reform. cap. 20. quo in prima instantia per lapsum biennii datur libera facultas partibus, ut possint adire superiorem competentem, quando per dictum biennium inferior nulloque causam decidere, & terminare, ex quo Trident. lexico plures Advocati quotidie intendunt, jus canonicum (quo non peribit instantia) esse antiquatum per dictum cap. 20. & instantiam finiri biennio. Sed falluntur, quia Concilium tantum imponit illum terminum inferiori ad causam finiendam, non tamen irritat acta processum, ut bene advertit Zerola in praxi Episc. 1. part. verbo instantia, §. 4. imò potius per eadem acta, in suo statu permanentia, superior aditus terminare debet, ut in d. cap. 20. probatur, ibi, alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum, superiores, alias tamen

tamen competentes, adire, qui causam in eodem statu, quo fuerit assumat, & quam primim terminari, curent, &c. quod si instantia periret, simul & omnia acta iudicii ordinatoria, citationes, libelli, termini, conclusiones, & similia, (ut dictum est,) quibus aut eorum singulis deficientibus, superior terminare non poterat, quia deficit substantia, & sic eo decreto solum puniatur negligentia inferioris, & in ejus pœnam hæc datur facultas recursus, & privilegium partibus.

CAPUT III.

Executores differentia quotuplex, & de singulorum lata demonstratione: & quando ab eis emissa appellatiōi denegata delatio vim detegat, ubi quid sit excessus, quotuplex, quomodo, quandove proponetur, aut etiam probetur, aut ab eo quoties appellari licebit.

SUMMARIUM.

- 1 Executores sive executorialium, sive gratiarum, aut meri sunt, aut mixti.
2 Merus executor in quibus à mixto distinguitur, & cognoscatur.
3 Executor merus dicitur, quoties omni liquidata materia, & precedente causa cognitione super exceptionibus, & liquidationibus nudi facti executio est commissa.
4 Exceptio, quæ omnia sive à parte citata per iudicem super causa cognitione adhibita in executione, non potest postea executor, cui executio committitur de ea cognoscere.
5 Executor mixtus dicitur, executorialium executio committitur nulla precedente causa cognitione super exceptionibus, & liquidationibus, quæ incidere solent in ea.
6 Executori commissæ censetur causæ cognitio, & terminatio eorum quæ incidunt, & admitti solent in via executiva, ubi talis cognitio non processit.
7 Executor mixtus est iudex, & habet jurisdictionem ad exequendum.
8 Executor mixtus cognoscit de concernentibus executionem sententiæ.
9 Executor mixtus potest cognoscere, & terminare omnes exceptiones, quæ opponi possunt executioni executorialium, non tamen respicientes merita causæ.
10 Executor datus ad rerum & fructuum restitutionem, est omnino mixtus, cum illi commissæ intelligatur fructuum liquidatio.
11 Executor merus nullâ causæ cognitione habet, sed puri factum committitur, & ideo caret jurisdictione.
12 Executor uterque quas exceptiones admittit, vel rejicere teneatur, & quando ob id poterit ab eo appellari, remissive.
13 Executor sive merus sive mixtus est delegatus, & vices gerit mandantis.
14 Lex seu canon debet intelligi secundum rubricam, sub qua statutum est.
15 Ab exécutore sive mero sive mixto, appellatiōi emissa non deserens, vim nullam facit, nisi modum excedendo, ibid.
Excessus consentire non videtur, qui consentit sententiæ, ibidem.
16 A quilibet causæ mundi licet aliàs negetur appellatio, tamen admittitur ab excessu.
17 A visitatione licet non appellatur, tamen à visitatione excedente admittenda est.
18 A correctione fraterne licet negetur appellatio, tamen admittitur corrigente modum excedentis.

- 19 & 20 Ab exécutore neuro appellatur nisi modum excedat.
21 L. ab executione, C. quorum appellat. non recipi intelligitur in exécutore, cui jurisdictione inest.
22 Executor sive sit facti sive sit iuris, admittit appellatiōem ab excessu.
23 Buri & Ruginell. convincuntur dicentes, à mixto exécutore posse appellari, cum seqq.
24 Executor qui mandatum exequitur, non est qui gravat, sed sententiæ, & iudicis, qui eam tulit.
25 Appellatio cum est denegata à re iudicata & iudice, debet denegari ab ejus exécutore.
26 Actus non attribuitur exequenti, sed mandati & ordinanti.
27 Illud quod venit in executionem actus inappellabilis, pariter inappellabile est.
28 Liquidatio incidens in executionem est pars ipsius cuius substantiam & naturam mutat.
29 Liquidatio in executionem incidens non inducit novum gravamen, sed continet declarationem interpretativam (cessante excessu).
30 A liquidationibus incidentibus in executorialium executione non appellatur, remissive.
31 Ab executione non appellatur.
32 Idem est appellare ab aliquo facto iudicis, quod à iudice aliquid faciente.
33 Ab utroque exécutore negatur appellatio, nisi excessus adsit, quia alius fieret de via executiva ordinaria.
34 Ab exécutore mixto, cui virtualiter intelligitur commissæ negotii principalis cognitio, licet appellare & de exemplo. Etiam si non excedat, ibid.
35 Gratianus reprobat, dicens ab exécutore excedente appellari quoad devolutivum, non tam suspensivum.
36 Excessus est potestatis mandata limitum transgressio.
37 Excessus est novum quoddam gravamen extra limites potestatis mandata per exécutorem illatum, & hæc descriptio consonat.
38 Executor recipit potestatem à commissione stricta, cuius limites non transgreditur, sed præ oculis habere debet.
39 Executor tenorem commissionis præ oculis habere debet.
40 Iudices non debent recedere à verbis rescriptorum.
41 Iudex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus ejus verba patitur.
42 Commissionis verba ubi non conveniunt, nec ipsa conveniunt commissio.
43 Plura loca sacre Scripturæ ponderantur, vetantis excessum mandati.
Deuteronomii c. 12. in fin.
Apocalypsis c. ultim.
Exodi c. 25.
Actuum Apostolorum, 7.
Paul. ad Hebræos, c. 8.
Job. c. 14.
Deuteronomii c. 19.
Paul. ad Timotheum, c. 6.
David Psalm. 118. & Psalm. 2. & 3. ad C.
Genesis c. 24.
Divi Pauli Philippen. 3.
Idem Thessalon. 1. c. 4.
Joan. 1. c. 2. c. 5. & c. 15.
Divi Bernardi lib. 1. de considerat. c. 3.
Divi Pauli 1. Corinth. c. 5.
Lucæ c. 12.
Joannis c. 6. & c. 4.
Divi Ambrosii lib. de Paradiso, ibid.
44 Tenorem sententiæ, & commissionis præ oculis habere debet executor.
45 Tenor sententiæ est forma ipsius.
46 Verba sententiæ ponderanda sunt, sicut verba contractus.
47 Verba contractus sunt forma ipsius, quæ dat esse rei, cui aliquid nec addi, nec detrabi potest.

48 Provisio

- 48 Provisio omnis facta determinato modo suos terminos egredi non debet, ibid.
Dispositionem nulla ultra egredi, quàm quod tenor patitur.
49 Tenori dispositionis semper inhaerendum, nunquam autem recedendum.
Plurium iurum verba recensentur in variis dispositionibus eorum tenorem attendendum, mandantium, ibid.
50 A verbis cuiuslibet dispositionis non est recedendum, etiã si natura rei aliud suadeat, cum verba sunt clara.
51 Tenor scripturæ attendendus in sententiâ, commissione, rescripto, legibus, statutis, privilegiis, testamentis, feudorũ concessionibus, compromissis libellis, instrumentis.
52 Ubi verborum ordo, mysterium est.
53 Tenor mandati via est & lucerna executoris.
54 Mœner, & malignantium persusio executorum dicitur, & declinare faciunt à tenore mandati.
Plura ad id sacre Scripturæ loca adducuntur in comprobationem, ibi.
55 Creatura omnes (dempto homine) sui creatoris præcepta adimplent, in nihil transgredientes.
56 Executor si executorialium fines egrediatur, desinit esse iudex, & potestate carere tunc incipit.
57 Executor executorialium ad instar est iudicis habentis jurisdictionem territorii limitatam, & si illud egrediatur efficitur privatus.
58 Extra territorium jus dicenti impune non paretur.
59 Executoris potestas coarctata est ad limites commissionis, sententiæ tenori inhaerens.
60 Limites territorii egredi, & terminos jurisdictionis ampliare, idem est.
61 Potestas sententiæ finibus concluditur.
62 Executor in eo quod excedit, desinit esse executor.
63 Executor in excessu caret jurisdictione, & desinit esse iudex.
64 Et caret potestate.
65 Executor excedens executoriales aliud separatim & diversim ab eis facit.
66 Gravamen illatum ultra sententiæ tenorem novum est, & excessus minime admittendus.
67 Novum gravamen illatum per exécutorem nondum in iudicio fuit cognitum, nec gravatum super illo condemnatum.
68 Litis est initianda eum eo, cui sententiæ non efficit.
69 Executor exequens novum gravamen in sententiâ non comprehendit, dicitur excedere, quia incipit ab executione.
70 Excessus executionis dicitur casus non decisis in sententiâ, & exequitur.
71 In excessu cessat omnis res iudicata, & omnis obligatio executiva.
72 Executor excedit pluribus modis, nempe, De re ad rem, & de quantitate ad quantitatem, De persona ad personam, De tempore ad tempus.
Rejiciendo legitimas exceptiones sententiæ licite opponendas, aut admittendo rejiciendas.
Præposterando ordinem sibi in commissione traditum.
73 Et semper quando caret potestate & jurisdictione.
74 Ab excessu appellatiōi emissa nisi executor deserat vim facere, decernas ferat aditus per viâ violentiæ.
75 Excessus potest dici & committi tot modis, quot potest aliquid dici plus.
76 Excessus omnis gravamen est, non è converso.
77 Excessus gravamen est qualificatum, plura specialissima continent.
78 A simplici gravamine per exécutorem illato appellatiōi non deseritur.
79 Ratio differentie inter simplex gravamen, & gravamen qualificatum scilicet, excessum redditur.
80 Executor infert simplex gravamen intra limites sua Saigado de protect. Reg.

- commissionis, non tamen in excessu, redditur exemplum.
81 Executor si præstet minus, quàm in sententiâ sit comprehensum, gravat simpliciter, non excedit, & quare
82 Excessus dicitur quando aliquid additur sententiæ quæ exequitur, non tamen quando aliquid detrahitur.
83 Excessus & defectus inter se contraria sunt, & repugnantia.
84 Excessus executoris tria reperiuntur in iure descripta remedia.
Appellatio scilicet, querela, & nullitas, ibid.
85 Excessus tendunt in noxam reipublicæ, ac regulariter in malam partem semitur.
86 Executor excedens tenetur parti de dolo, vel actione injuriæ & facit litem suam, ibi.
87 Excedere dicitur executor, si aliquid dolo vel lata culpa faciat.
88 Contra excessum executoris potest gravatus implorare officium iudicis superioris.
Querela adversus executores excedentes quotidie utuntur advocati in supremis tribunalibus, ibi.
89 Immunitas collectis si describatur in libro contribuentium, debet infra decem dies appellare.
Non immunitas autem ab excessu poterit querelam semper ponere, ibid.
90 Per viam appellatiōis licet possit quis conqueri de iniquitate executoris, tamen etiam potest quandoque superius implere officium.
91 Ad excessum revocationem nullitatis remedium introductum est.
92 Ab excessu simul cum querela appellare valde utilissimum est, ne executor excessum exequatur.
93 Ab exécutore excedente appellatio emissa utrumque habet effectum devolutivum & suspensivum cui nisi deserat executor, vim facit.
94 Querela ab excessu non operatur effectum suspensivum.
95 Ab excessu executoris utilis est appellare ut evitetur actualis executio gravaminis.
96 Appellatiōis & querelæ remedia ab excessu executoris uti simul non potest, ad effectum recurrendi ad regem per viam violentiæ, & quare.
97 Deficiente appellatiōe (quæ coram ipso exécutore necessario est proponenda) non potest haberi recursus per viam violentiæ.
98 Querela supponit superiorem, coram quo proponenda est.
99 Appellatio & querela ubi competunt, qui appellatiōis via utitur, debet intra decem dies interponere, secus in querela, quia & post illos potest proponi.
100 Ab excessu utens appellatiōis remedio non auditur post decem dies.
101 Excessus intra quod tempus sit proponendus disceptatur.
102 Excessus executoris ut non sit nullitas, sed in iustitiarum egeatque appellatiōe qui teneant.
103 Ordo l. à D. Pio, §. in vendit. ff. de re iudic. an detur pro forma substantiali, ita ut ejus perversio non egeat appellatiōe.
104 Ordinem assignatum per d. §. in venditiōe esse inducitur forma, & ejus commissionem causare nullitatem & excessum qui teneant.
105 Ordo executionis de quo in d. §. in venditiōe emissa per iudicem ordinariū non causat excessum & nullitatem, sed injuriam.
106 Ordinis perversio de quo in d. §. in venditiōe facta per exécutorem causat nullitatem, & excessum.
107 Jurisdictione ordinarij an sit per commissionem executionis superius noviter delegata, aut excitata, multum interest quoad excessum.
108 Excessus quilibet executionis est nullus, quia in excessu, executor caret potestate, mandato & jurisdictione, & tempera, ut n. 248.